

Matthias 1264

Rome, 25 janv. 1613. Bellarmin à l'empereur d'Autriche. 3064

/ Sacrae Caesaræae, et Augustissimæ Maiestati Robertus Cardinalis Bellarminus salutem præcatur a Domino sempiternam.

Humanissimas Maiestatis Vestrae literas una cum officiosissima visitatione recepi ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Episcopo, et Principi Bambergensi, Maiestatis Vestrae Oratori, et consiliario meritissimo. Ago gratias immortales Maiestati Vestrae quod humilitatis meae memor dignata sit gratiam suam, et benevolentiam mihi per tantum virum polliceri. Ego vicissim servitium meum, atque omne obsequium Maiestati Vestrae libens offero et si quid Maiestatis Vestrae nomine Illustrissimus et Reverendissimus Bambergensis mandare mihi voluerit; efficiam omnino, quantum vires meae ferent, ut Maiestas Vestra intelligat, ea fideli servo, et obsequendæ cupidissimo fuisse mandata. Interim Maiestatis Vestrae diuturnum imperium, tranquilla tempora, et reliquam omnem felicitatem a Domino

15 Deo nostro precabor ex animo.

Datum Romae, die 25 Ianuarii 1613.

Maiestatis Vestrae Caesaræae, et Augustæ

humillimus, et devotissimus servitor

Robertus Cardinalis Bellarminus.

---

20 Kgl. Staatsarchiv Hannover Manuscript Y 17 vol. IV fol. 849.